

Mandatum pro Oratore ad Regnum  
Bohemie.

107  
 Sigismundus etc. Manifestum facimus per Pre-  
 sentes universis. Quia exigentibus rebus Serenif-  
 simi Nepotis nostri Domini Ludovici Regis  
 ac Regni eius Bohemie, necnon debito et of-  
 ficio nostro postulante misimus ad conven-  
 tum generalem ejusdem Regni Bohemie pro  
 festo Sancti Martini proximo Oratorem nram  
 Magnificum Andream de Thanczyn Palati-  
 num Lublincensem et Consiliarium nostrum sin-  
 cere dilectum in omnem facultatem dedimus,  
 damusque Presentibus agendi, tractandi, con-  
 sulendi una cum Cesareis et prefati Serenif-  
 simi prefati Regis Ludovici Oratoribus ac sta-  
 tibus, ordinibus et Regnicolis ejusdem Regni  
 Bohemie ea omnia, que ad bonum statum  
 et concordiam ipsius Regni et dicti Domini  
 Regis Ludovici concordiam pertinere videbunt  
 promittentes, ut quidquid per ipsum Oratorem  
 nostrum, actum, tractatum et conclusum fue-  
 rit, id totum nos ratum, gratum et firmum  
 habituros harum testimonio Literarum, qui-  
 bus sigillum nostrum est appensum. Da-  
 tum in Arce nostra Bractavo.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*